

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Fraternitas e cum fonte primo

Huius primum fundamentum
substantiam mundialem in contemptu
habere.

Iniustum enim atque impium
est, si post abrenunciatam mundi et
omnium que in eo sunt uanitatem,
preciosissime dilectioni fratris suppellex
uilissima que superfuit preferatur.
Secundum est ut ita unusquisque
resecet suas uoluntates
ne se sapientem atque consultum esse
iudicans suis malit quam
fratris
diffinitionibus obedire. Tercium est ut
sciat omnia, eciam que utilia ac
necessaria estimat, postponenda bono
caritatis et pacis. Quartum est ut credat
nec iustis nec iniustis de causis penitus
irascendum. Quintum est ut aduersus se
iracundiam fratris, eciam sine ratione
conceptam, eodem modo quo suam
curare desideret, sciens equaliter sibi
perniciosam alterius esse tristitiam, ac si
aduersus alium ipse moueatur, nisi eam
quantum in se est de fratris eciam mente
depulerit.

Ibidem (in collacionibus patrum et est
abbatis Ioseph).

Prima igitur sunt uerae amicitiae
in contemptu substantiae mundialis et
omnium quas habemus rerum
despectione fundamina.
perquam enim iniustum atque impium
est, si post abrenunciatam mundi et
omnium quae in eo sunt uanitatem
pretiosissimae fratris dilectioni supellex
uilissima quae superfuit praeferatur.
secundum est ut ita unusquisque
resecet uoluntates,
ne sapientem atque consultum esse se
iudicans suis malit quam
proximi
definitionibus oboedire. tertium est ut
sciat omnia, etiam quae utilia ac
necessaria aestimat, postponenda bono
caritatis et pacis. quartum ut credat
nec iustis nec iniustis de causis penitus
irascendum. quintum ut aduersum se
iracundiam fratris etiam sine ratione
conceptam eodem modo quo suam
curare desideret, sciens aequaliter sibi
perniciosam alterius esse tristitiam ac si
aduersus alium ipse moueatur, nisi eam,
quantum in se est, etiam de fratris mente
depulerit.

Iohannes Cassianus, *Conlationes XXIII.*,
16, 6, 1-2 (CSEL 13, M. Petschenig ed.,
pp.442-3, ll.23-29, 1-9).